¶ De ordine iudicij et ministerio angelorum. d

**Cum aũt in euange**lio legat̃· ꝙ dñs mittet angelos suos q̃ colligent de regno ei⁹ omnia scandala· ⁊ mittent iniquos in caminũ ignis· Et item· Exibunt angeli ⁊ sepabunt malos de medio iustoꝝ ⁊ mittent eos in caminũ ignis· Et item· Mittet angelos suos cum tuba ⁊ ꝯgregabũt electos a quatuor ventis· Et pphẽta dicit· Cõgregate illi sanctos eius· Ministerio angeloꝝ illa impleri dubitandũ nõ ẽ· Dño eñ veniente ad iudiciũ p̃cedet ante ignis quo cõburetur facies mundi huius· ⁊ pibit celum ⁊ terra· nõ ẜm substantiã· sed ẜm spẽm que immutabit̃· celum q̃dem aereum nõ ethereũ· Tantũ eñ ascendet ignis in iudicio· q̃tum ascenderunt aque in diluuio· Ille aũt ignis malis qui reperti fuerint viui· erit ꝯsumptio bonis vero nõ· Ut ait Aug⁹· Hoc erit incendium mundi sanctis· qḋ fuit caminus tribus pueris· In quib⁹ si aliquid purgandũ fuerit ꝑ illum ignem purgabit̃· Alijs vero nullã ingeret molestiam· Purgato ꝟo ꝑ ignem mũdo· ⁊ ad iudicium veniente dño· emittet̃ vox illa magna qua resurgent omnes mortui· et tunc ministerio angeloꝝ ventilabit̃ aera· qr boni ꝯgregabunt̃ ibi de quatuor ꝑtib⁹ mũdi angelico ministerio· quo et rapient̃ obuiam christo in aera· reprobis in terra qua dilexerunt remanentibus· Et tunc p̃conia illa bonoꝝ· Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare· et increpationes ille maloꝝ· esuriui ⁊ nõ dedistis mihi man· ⁊c̃· pferentur· vel sono vocali vel alio modo· Deniq̃ ꝓferetur sententia sup̃ vtrosq̃· Uenite benedicti· ⁊ ite maledicti ⁊c̃· Et ministerio angeloꝝ virtute dei cooperãte· mittent̃ mali in caminũ ignis· hoc est in infernum·

¶ Si post iudicium demones p̃erunt hominibus ad puniendum· e

**Et solet queri vtrũ** in inferno malis ad puniendũ presint demones post iudiciũ· quos carnifices tortoresq̃ animarum scriptura appellat? Aplũs dicit ꝙ xp̃us tunc euacuabit omnem p̃ncipatum et ptãtem ⁊ virtutem· Dum eñ durat mũdus angeli angelis· demones demonibus· homines hominibus p̃sunt· Sed oĩbus collectis· iam omnis p̃latio cessabit· ¶ Hinc quidã putant post iudicium demones nõ habere potestates cruciandi homines sicut modo· Sz vt demones virtute dei cruciari sine creature ministerio asserũt· sic reprobos homines ibi nõ per opationem demonum· sed virtute diuina tñ eternis subijci cruciatib⁹· Premissa tñ autoritas nõ id cogit sentire· que et si asserat tunc nec demones demonib⁹· nec homines hominibus p̃esse· nõ diffinit tamẽ an demones p̃sint hominib⁹ ad torquendũ vnde quibusdam videt̃ eos sic constare hominibus tortores in pena sicut extiterũt incentores in culpa·

Ista est distinctio· xlvij· hui⁹ quarti libri· In qua magister postq̃ ostensum est de remuneratione ⁊ punitione p̃cedente iudicium generale. Hic vero determinat de ipso iudicio et pertinentibus ad ipsum. Et tria facit. Primo eñ agit de modo iudicij ⁊ assessoribus. Secũdo de angelis iudicandos ad iudiciũ congregantib⁹. Tertio de demonibus damnatos punientibus. Primum vsq̃ ibi. Non aũt solus christ⁹ Secundũ vsq̃ ibi. Et solet queri. Tertiũ ꝟo vsq̃ ad finem distinctiõis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum prima est hec. In extremo iudicio vniuersitas ꝑfectorum iudicabit collegium reproboꝝ. Hanc magister insinuans ꝓponit primo ꝙ quidã ponũt iudicium nõ voce vel scriptura ad ꝓferendũ quia apl̃s dicit illud fieri ictu oculi. Sed diuina virtute attestantibus ꝯscientijs singulorum qua pena vel quo p̃mio digni sunt. Alij vero cõtrarium ponunt ⁊ verba p̃missa apostoli resurrectionis statu ⁊ nõ de iudicio intelligunt. Postea dicit ꝙ nõ solum xp̃us iudicabit sed vniuersitas ꝑfectorum cuz eo qui ꝑ duodecim sedes intelligunt̃ vt ꝑ duodecim tribus israel vniuersitas iudicandoꝝ designatur Judicabunt aũt sancti nõ solum coopatione sed etiã autoritate ⁊ potestate. que tñ sit illa eorum potestas in iudicando. anteq̃ videat̃ sciri nõ potest. nisi quis hoc diuina reuelatiõe didicerit. Postea dicit ꝙ quatuor erunt ordines in iudicio. Alij vero iudicant̃ et pereunt. Alij vero nõ iudicant̃ ⁊ pereunt. Alij vero iudicantur et saluantur. Alij non iudicantur et saluantur sicut ꝑ exempla declarat. Secunda ꝓpositio est hec. Ministerio angeloꝝ congregrabunt̃ ad iudicium exercitus iudicandorũ. Hanc magister ponens ostendit quid angeli faciant. ⁊ dicit ꝙ eorum ministerio congregabunt̃ omnes ad iudicium quorum ministerio ignis conflagrationis p̃cedet quo comburetur facies vniuersi. s. huius mundi. ⁊ tñ ascendet q̃tum ascenderunt aque in diluuio. purgato aũt per ignem mundo diuina virtute ⁊ angeloꝝ ministerio resurgẽt boni vero angeloꝝ ministerio rapientur obuiam christo in aera. Reprobi vero in terra quã dilexerunt remanebunt. Postea sequet̃ iudicium districtum ⁊ vltimum. vltima sententia iudicis ꝓferetur qua ꝓlata iusti ibunt ad vitam eternam. Mali vero angelorum ministerio virtute dei coopante mittent̃ in infernum. Tertia ꝓpositio est hec. Reprobi damnati per extremum iudicium punientur in inferno ministerio demonum. Hanc magister ponẽs querit. Utrum homines post iudicium puniantur in inferno virtute demonũ. Et respondet ẜm Isido. ꝙ nõ. quia post iudiciũ cessabit omnis prelatio. Alij vero dicũt ꝙ qui fuerunt incentores in culpa erunt tortores in pena. Et tñ in speciali.

De forma iudicis· a

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-333/0440
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG